

ipsius Divinitas ita evicta & stabilita constat, ut ne portæ quidem inferorum eam expugnare possint.

Tripart.
hist. lib. 9.
cap. 16.

28. Vnde Damasus in Confessione Catholica fidei ad Paulinum, illos anathemate ferit, qui dixerunt Spiritum Sanctum non esse adorandum ab omni creatura, sicut Filium & Patrem.

29. Et D. Basilius recte admonet Epist. 78. Δεῖ οὐαῖς Βαπτίζεσθε μὲν ὡς παρελάβομεν; πιστεύετε δὲ ὡς Βαπτίζόμεθα; δοξάζετε δὲ ὡς πέπιστευκαμεν; πατέρα καὶ υἱὸν καὶ ἄγιον πνεῦμα: Oportet nos baptizari, sicut accepimus; credere, sicut baptizati sumus; glorificare, sicut credimus, Patrem, Filium & Spiritum Sanctum.

Expos. fid.
de recta
confes.
f. 297.

30. Quibus ita constitutis, primam hujus disputationis Quæstionem, de Divinitate Spiritus Sancti, verbis Iustini Philosophi & Martyris concludimus, in hunc modum differentis: Si in Spiritus Sancti institutione, si in divina doctrina, si in ipsa rerum universarum creatione, si denique in summæ potestatis autoritate, persimilia, atq; adeò eadem de Patre & Filio & Spiritu Sancto prodita sunt: quis ita sinistro fuerit animo ($\tauίς \delta\tauω σκαιός$) ut de æquabili inter ipsos Essentiæ communione ambigat?

Quæ-